

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Reges Attalici magnis philologiae dulcedinibus inducti cum egregiam
2 bibliothecam Pergami ad communem delectationem instituissent,
3 tunc item Ptolemaeus infinito zelo cupiditatisque incitatus studio
4 non minoribus industriis ad eundem modum contenderat Alexandriae
5 comparare. Cum autem summa diligentia perfecisset, non putavit id
6 satis esse, nisi propagationibus inseminando curaret augendam.
7 Itaque Musis et Apollini ludos dedicavit et quemadmodum athletarum
8 sic scriptorum victoribus praemia et honores constituit. His ita institutis,
9 cum ludi adessent, iudices litterati, qui ea probarent, erant legendi.
10 Rex, cum iam sex civitatis lectos habuisset nec tam cito septimum
11 idoneum inveniret, retulit ad eos, qui supra bibliothecam fuerunt,
12 et quaesiit, si quem novissent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt esse
13 quendam Aristophanem, qui summo studio summaque diligentia cotidie
14 omnes libros ex ordine perlegeret. Itaque conventu ludorum, cum
15 secretae sedes iudicibus essent distributae, cum ceteris Aristophanes
16 citatus, quemadmodum fuerat locus ei designatus, sedit. Primo
17 poetarum ordine ad certationem inducto cum recitarentur scripta,
18 populus cunctus significando monebat iudices, quod probarent.
19 Itaque cum ab singulis sententiae sunt rogatae, sex una dixerunt
20 et, quem maxime animadverterunt multitudini placuisse, ei primum
21 praemium, insequenti secundum tribuerunt. Aristophanes vero,
22 cum ab eo sententia rogaretur, eum primum renuntiari iussit, qui
23 minime populo placuisset.
24 Cum autem rex et universi vehementer indignarentur, surrexit et
25 rogando impetravit, ut paterentur se dicere. Itaque silentio facto
26 docuit unum ex his eum esse poetam, ceteros aliena recitavisse;
27 oportere autem iudicantes non furta sed scripta probare. Admirante
28 populo et rege dubitante, fretus memoriae certis armariis infinita
29 volumina eduxit et ea cum recitatis conferendo coegit ipsos furatos
30 de se confiteri. Itaque rex iussit cum his agi furti condemnatosque
31 cum ignominia dimisit, Aristophanem vero amplissimis muneribus
32 ornavit et supra bibliothecam constituit.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Skizzieren Sie das Bedeutungsfeld von
 - a) **referre** (Z.11)
 - b) **expeditus** (Z.12)
 - c) **secretus** (Z.15)
2. Nennen Sie Ableitungen von
 - a) **referre**
 - b) **expeditus**
 - c) **secretus**sowie die Bedeutungen dieser von Ihnen genannten Ableitungen.
3. Skizzieren Sie Funktion und Verwendung des Lokativs im Lateinischen (Z.2 **Pergami**).
4. Welche Probleme bestehen bei der historischen Erklärung des Gerundiums und des Gerundivums?